

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

Manuzio, Paolo

Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.

VD18 11417161

Ad Guilielmum Bellium Langeum, Apud Subalpinas Gentes Proregem, In
Orationum Ciceronis Partem Secundam. IV. Argumentum.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and further information please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

contulit? Cùm etiam magnis Principibus , tui similis , ita me commendaris , ut , judicii tui testimonio permoti , non minimis ad se præmiis evocarint . Qvæ cùm recordor , et si me ipsum probè novi , tam interdum mihi assentor , & mihi aliquid videor esse , quòd à te sim ornatus . Hæc me inanis ambitione ita delectat , ut illum dolorem , quem ex difficultate capio remunerandi , si non tollat , minuat qvidem certè . Qvanqvam is es , qui te sati⁹ superque remuneratum existimas , si modò id , qvod dedisti , ab eo , qvi accepit , intelligis memoriam teneri . Qvo in officio præstanto , noli credere qvemqvam esse , qvi me vincat . Et hujus quidem rei , confido fore , ut aliquando , ejusmodi à me signa dentur , qvæ nullum cuiquam de mea in te voluntate dubitandi locum relinquant . Nunc earum rerum , qvas ipsi qvidem hoc tempore possumus , maxima , primum , ut dixi , Ciceronis orationum volumen in tuo nomine apparebit . Omnia neque amplitudine tua , neqve iis officiis qvæ in me contulisti , dignares videtur ; sed , ut spero , muneric nostri tenuitatem humanitatis tuæ magnitudo sublevabit .

AD GVLIELMUM BELLAJUM
LANGEUM, APUD SUBALPINAS GEN-
TES PROREGEM, IN ORATIONUM CI-
CERONIS PARTEM SECUNDAM.

IV.

ARGUMENTUM.

Bellajo secundam partem Orat . Ciceronis dedicatio-
ris principio excusat se , si forte ipsum regis negotiis occu-
patum

patum intempestivè adeat, cùm magni referat, qvo tempore quidqve agatur; Deinde ipsum laudat, qvòd in ipsis occupationibus literas tractet: qvòd ipse aliquid scribat, & illustrem suam familiam scriptis illustriorem reddat: qvòd fratrem habeat Cardinalem: qvòd sit ubique locorum clarissimus: qvòd ab omnibus ametur: inter quos cum ipse quoque sit, ejus rei testem voluit esse, secundam partem orationum Cic. in qua quid presumerit, ejus iudicio submittit.

MAGNI refert, Bellai ornatissime, qvo quidqve tempore agatur, & ad omnes res non parvum habere momentum solet occasio qvædam & commoditas, qua uti dicuntur ii, qui nihil, nisi loco facere consueverunt. Nam qvemadmodum pictorum tabulae certo loco positæ, delectant; exdemq; minus bono lumine constitutæ, non item eorum, qui spectant, oculos tenere solent: sic actiones nostræ, mirum est, qvæ quantum opportunitate commendentur: ut interdum plus in tempore, qvam in ipsâre, positum esse videatur. Quod ego cum semper judicassem, tamen non sum veritus, qvin tibi in iis rebus vel maximè occupato, quas Rex Christianissimus, & post hominum memoriam maximus, tua fidei diligentia que mandavit, hoc ipsum, qvòd nunc à me proficiscitur, officium futurum esset vel jucundissimum. Nam etsi magna tibi est gravissimorum negotiorum imposita moles, quam tu summa tua cum laude, & omnium penè gentium admiratione sustines; tamen in ipsa illa occupatione ita te literarum tractatio delectat, ut & legas cum voluptate, qvæ alii scripta reliquerunt,

Tunt, & scribas ipse, quæ à posteris cum admiratio-
ne perpetuò legentur. Ex quo illud conseque-
ris, ut non modo Regis voluntati servias, quod est
summa laude dignum ; sed etiam posteritati con-
sulas, quò laudabilius esse nihil potest. Itaque tan-
tum abest, ut à majoribus tuis omni decore afflu-
entibus, ad te ornandum qvidqvam haurias, ut
etiam in te sit, qvod ad illos redundet. Nam, si ti-
bi aliundè petenda sit laus ; unde plura suppetant
ornamenta, qvam à fratribus tuis, maximeque ab
eo, qvi à Paulo III. ita est in Cardinalium Collegi-
um cooptatus, ut ei summus Pontifex amplissimam
dignitatem, non quasi optatam concessisse, sed qua-
si debitam persolvisse videatur ? Cui quidem viro,
cùm ad summam gloriam nihil defit ; cumque item
tibi eæ res abunde adsint, qvibus homines homini-
bus antecellere videntur : tamen sit vestra bonita-
te, & sapientia, ut vicißim & tu in illius dignitate,
atqve amplitudine, & ille in ingenio atque virtute
conqvescat tua. Uterqe vero magna apud Re-
gem prudentissimum, & summo judicio præditum
auctoritate, magno elitis apud omnes nomine, &
gloria. Nam tu qvidem, quis est tam longinquus,
cui notissimus non sis ? Non ex præsentí corporis
forma, (qwanqvam multas provincias Regis lega-
tus obnisi) seu ex imagine ingenii tuī ; qvam veris-
simis eloquentiæ coloribus expressam in tuis scri-
ptis licet intueri. In hac cum & naturæ tuæ boni-
tas, & virtutis eximia præstantia cernatur : sequi-
tur, ut ex ea, qvi te norant, iidem ament. Qvorum
ego in numero cùm ita essem, ut nemini concede-
rem;